

Cyphum argenteum minimum
 Mediam stopam cum alto pede
 Duo pulvinaria
 Scriptum Thome de Argentina pro arguentibus
 Problemata Aristotelis et Plinium
 Scriptum Scoti super sentencias.

1529 Sommersemester. 240. Decan Iohannes Stramburg von Göttingen.

N 61'. Anno¹⁾ post natum Christum orbis redemptorem millesimo quingentesimo Apr. 17.
 undetrigesimo Saturni die post Misericordia domini, quae erat dies decima septima
 Aprilis, ego Ioannes Stramburgius Gotthingensis, bonarum literarum ac philosophiae
 magister, concordibus electorum suffragiis decanus appellatus sum, in quo magistratu
 iis, quos subscriptos vides, officialibus, ut vocant, sum usus:

Clavigeri fuerunt mgr. { Conradus Loer
 Georgius Krause
 Ioannes Stramburgius decanus.

Executores mgr. { Vergilius Wellersdorffer
 Caspar Barth Oschacianus
 Ioannes Horack Bohemus
 Ioannes Stramburgius decanus.

Eodem die mox ab electione mea in facultatis senatum cooptatus est mgr. Lampertus
 Braxator datis et solutis, quae dare oportet.

Anno eodem circiter VIII. Kalendas Iunias sorte dati magistri, qui de bacca- Mai 25.
 laureandorum ingaeniis ferrent iudicium:

mgr. { Conradus Loer Bavarus
 Sebastianus Sybard Mysius
 Georgius Krause Saxo
 Mathacus Boeth Polonus.

N 62. Horum censura approbati baccalaureandi:

Lucas Friderichus
 Valentinus de Monte [de] Gorlitzhofen } incepit sub { Lamperto
 Martinus Kuntzelman } magistro { Laurentio Sibencicher
 Boiohemo.

Divi Egidii die, quae erat prima Septembris, apud totum facultatis concilium, quum Sept. 1.
 horum temporum iniquitatem ac in omnes bonos doctos precipue iniurias luculenta oratione,
 quantum licuit, Saxoni extempore commemorassem, totum senatum adhortari volui, ut non
 committerent, quin senioribus duobus, alteri magistro Conrado Loer, alteri Virgilio, olim non
 solum de senatu hoc nostro, verum eciam tota universitate benemeritis, re quadam commoda

¹⁾ Dies Decanat fehlt in C gänzlich. In N Lücke für die Initialo gelassen, aber nicht ausgefüllt.